



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Multas res cælestes spectat: vt 175

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

ea essent, quæ ad hanc DEI familiaritatem valebant: principe studio persequebatur: vt crederes eum DEO presenti assistere. Quod tum videre omnibus licebat: quoties discumbendum, aut à mensa recedendum cum precibus erat. Interea nullo strepitu quies precantis turbabatur, nisi cuius ipse causam præbuisset. A Iacobo quondam Lainefio interrogatus, super modo precandi: respondit: In cælestibus meditando AGERE verius quam AGERE. Quod absolutissimæ virtutis fastigium esse Theorici ascetæ tradunt. Nam in eum modum, Dionysius olim Hierotheum ait DIVINA PATI solitasse.

175 Sed præter alia inuitabatur ad hoc studium, magnis cælestium rerum ostentis. Nam in primo morbi discrimine, S. Petrum iucundissimi spectaculi pro-  
cœnium

cemiū habuit: quod supra docuimus: atq; indidem cōualuit. Nec multō post vigili, ac, nescio quid, de castimonia tuenda sollicito, Cælitum Regina cum filiolo, inter mirificum splendorē se obiecit: ac gaudiis omnibus imbutum, timore statim fædarūq; rerū illecebra liberauit. Præterea manrelæ grauibus ac velut assiduis animi scrupulis cōpunctus: postea quàm Panicum metum debellauit, sublimium deinde voluptatū communicatione recreabatur. Et stabat fortè in gradibus ædis S. Dominici, pieque diurnas preces magnæ Virgini numerabat: 176 cum repentè animus illi diuina luce collustratus, in sanctissimā Triadem cæpit aspectare; & quādam eius rei imaginem felicibus etiā oculis impertire. Quare immodicis solatorū imbribus per-fusus, nō singultus temperare, nō  
 lacri